

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Pax 1 cum fonte primo

Sicut multum nocet si unitas desit bonis, ita ualde est noxium si non desit malis. Si ergo peruersorum nequicia in pace iungitur, profecto eorum malis actibus robur augetur, quia quo sibi in malicia congruunt, eo se robustius bonorum afflictionibus illidunt.

Gregorius in pastoralis.

Nam sicut multum nocet si unitas desit bonis, ita ualde est noxium si non desit malis. Si ergo peruersorum nequicia in pace iungitur, profecto eorum malis actibus robur augetur; quia quo sibi in malitia congruunt, totos se robustius bonorum afflictionibus illidunt.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3, 23 (SC 382, F. Rommel ed., p.416, ll.42-47).